



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 11. Fundatio Universitatis Lovaniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.

§. XI.

A.C. 1426.

*Fundatio Universitatis Lovaniensis.**Suffrid. de
Episc. Leod.
cap. 16.*

Eodem anno propemodum ad finem vergente die nona Decembris Martinus V. summus Pontifex edito diplomate confirmavit Universitatem Lovaniensem in Brabantia, quam Joannes hujus Provinciae Dux condiderat, postquam Jacobina ejus conjux sedato belli per eam fuscitati tumultu vitam magis tranquillam ducere cæpit. Primo quidem humaniores duntaxat disciplinæ, necnon Philosophia ibidem tradebantur, sed postea Eugenius IV. Theologica facultate eam celebriorem reddidit. Hæc Universitas a primis suis incunabilis continuo Doctoribus, atque Professoribus doctrina ac eruditione celeberrimis inclaruit. Instructa est viginti omnino Collegiis, in quibus omnis generis scientiæ traduntur. Rector est totius Universitatis caput, ac Collegii, & Academicorum Protector, quo tamen officio nonnisi per semestre fungitur. Hanc in rem consuli poterunt Guicciardinus in descriptione Belgii, & Justus Lipsius in Historia hujus Urbis.

§. XII.

*Alphonsus Arragoniæ Rex anathemate
a Papa percussus.**Platin. in
Mart. V.*

Gliscentia superiori anno Papam inter & Arra-